

VERSION 10

BOÈCE, *Consolation de Philosophie* (*Consolatio Philosophiae*), 1. p., 1-3 et 6-11

Ce fut comme une apparition

Nous sommes ici au tout début de l'œuvre de Boèce (480-524), philosophe et chrétien, traducteur et commentateur d'Aristote, mais aussi homme d'État proche du roi ostrogoth Théodoric le Grand. C'est alors qu'il était emprisonné à Pavie, dans les dernières années de sa vie, que cet auteur, véritable trait d'union entre la pensée antique et les réflexions médiévales puis modernes, composa une œuvre fondamentale et étudiée comme un classique durant des siècles : la Consolation de Philosophie, prosimètre mêlant prose et vers.

[1. p.] (1) Haec¹ dum mecum tacitus ipse reputarem querimoniamque lacrimabilem stili officio signarem, astitisse² mihi supra uerticem uisa est mulier reuerendi admodum uultus, oculis ardentibus et ultra communem hominum ualentiam perspicacibus, colore uiuido atque inexhausti uigoris, quamuis ita aevi plena foret ut nullo modo nostrae crederetur aetatis, statura discretionis ambiguae. (2) Nam nunc quidem ad communem sese hominum mensuram cohibebat, nunc uero pulsare caelum summi uerticis cacumine uidebatur ; quae cum altius caput extulisset, ipsum etiam caelum penetrabat respicientiumque hominum frustrabatur intuitum. (3) Vestes erant tenuissimis filis subtili artificio indissolubili materia perfectae, quas, uti post eadem prodente cognoui, suis manibus ipsa texuerat. [...] (6) Et dextra quidem eius libellos, sceptrum uero sinistra gestabat. (7) Quae ubi poeticas Musas uidit nostro assistentes toro fletibusque meis uerba dictantes, commota paulisper ac toruis inflammata luminibus : (8) « Quis, inquit, has scenicas meretriculas ad hunc aegrum permisit accedere, quae dolores eius non modo nullis remediis fouerent, uerum dulcibus insuper alerent uenenis ? (9) Hae sunt enim quae infructuosis affectuum spinis uberem fructibus rationis segetem necant hominumque mentes assuefaciunt morbo, non liberant. (10) At si quem profanum, uti uulgo solitum uobis, blanditiae uestrae detraherent, minus moleste ferendum putarem. Nihil quippe in eo nostrae operae laederentur. Hunc uero Eleaticis atque Academicis studiis innutritum ? (11) Sed abite potius, Sirenes usque in exitium dulces, meisque eum Musis curandum sanandumque relinquite ! » (12) His ille chorus increpitus deiecit humi maestior uultum confessusque rubore uerecundiam limen tristis excessit. (13) At ego, cuius acies lacrimis mersa caligaret nec dinoscere possem quaenam haec esset mulier tam imperiosae auctoritatis, obstupui uisusque in terram defixo quidnam deinceps esset actura exspectare tacitus coepi.

(251 mots)

¹ Haec renvoie aux quelques vers que vient de consigner Boèce et qui sont reproduits sur la page suivante.

² = adstitisse

[1. c.]

Le bonheur, qui jadis inspirait mes accents,
A fait place aux sombres alarmes ;
C'est une Muse en deuil qui me dicte ces chants,
Aujourd'hui trempés de mes larmes.

Oui, les Muses, du moins, m'ont escorté sans peur
Dans la voie où mon cœur succombe ;
Gloire de mon printemps, d'une dernière fleur
Elles parfumeront ma tombe.

Hélas ! avant le temps, le malheur m'a fait vieux ;
Le chagrin, les soucis arides
Sur ma tête en un jour ont blanchi mes cheveux,
Et dans ma chair creusé des rides.

Bienvenue est la Mort quand, sans presser le pas,
Elle nous délivre à notre heure ;
Hélas ! elle est aveugle, et ne s'informe pas
Si sa victime rit ou pleure.

Au temps où tous mes vœux étaient comblés, la Mort
Effleura mon front sans scrupule ;
Trahi par la Fortune, accablé par le Sort,
Quand je l'implore, elle recule.

Vous vantiez mon bonheur : vous savez à présent,
Mes amis, s'il était fragile !
Un coup de foudre éclate, et le voilà gisant
Ce fier colosse aux pieds d'argile.

Trad. Louis Judicis de Mirandol (1861)